

brai] plantatio, cum quâ conjuncta omnis generis bonâ, maximè agrorum cultura, eorumq; emptio & venditio, id quod typo illo jam modò præmonstratum. Discimus hinc DEUM iram suam commutare cum gratia, si modò interveniat pœnitentia, quâ DEUS cum hominibus iterùm quasi reunitur.

Ἀξιομνημόνευτα.

1. Ἰαλεξικά.

1. Tempus obsidionis Hierosolymæ. 2. Descriptio contractus emtionis. 3. Mentio Sidorum. 4. Nomen Haalilija. 5. Impœnitentia est averſio à DEO, quâ terga & non facies ei obvertitur. 6. Metaphora in verbo plantandi.

2. Ἰαγνωμικά.

Observationem merentur [vi. 17. 19. 37. 38.

3. Ἰαδημηγορικά.

Sufficiant huic capiti 3. conciones, quarum 1. habeatur de tempore & occasione istius prophetiæ, itemq; de emtione agri typicâ. 2. Ex Oratione Prophetæ. 3. Ex responsione Jehovæ.

vi. 27. pertinet ad Fest. Annunc. Mariæ.

## CAPUT XXXIII.

Nexus.

**R**itè sequitur isthæc prophetia eam, de qua in præcedenti capite. Utraq; verò à Propheta modò proposita in carcere: illa quidem priori, hæc autem posteriori vice; adde quod utraq; æquè ejusdem ferè argumenti.

Argumentum capitis.

Comminatur ex lege Judæis pœnas fatales, & vicissim Ecclesiam consolatur ex Evangelio, præmissiōibus corporalium pariter ac spiritualium beneficiorum. Caput igitur istud in genere partim est νομικόν; partim εὐαγγελικόν; in specie autem partim ἀπλήρικόν, partim εὐαγγελικόν.

Partitio capitis.

Potest proinde istud commodissimè disſeſci in duas partes: quarum prior est ἀπλήρικὴ continens comminationem pœnarum fatalium, usq; ad vi. 6. posterior est εὐαγγελικὴ, complectens conſo-

conſo-